

Iohannes de Basilea OESA
Lectura super Primum Librum Sententiarum
Principium I

ed. V. Marcolino, coolab. M. Brînzei, C. Oser-Grote
pp. 123-128

Vultum tuum deprecabuntur omnes, Psalmo 44.

Quibus pensatis satis intuenti liquet, quod humanae naturae ingeniosa fames naturaliter est indita, ut perscrutando studiose inveniatur, quibus actu est orbata in se ipsa. Quae sunt, scilicet :

Veritatis cognitio illustrans intellectum,
Deitatis dilectio inflamans cor<dis> affectum,
Virtutis operatio dignificans subiectum,
Felicitatis adeptio quietans mox aspectum.

(...)

Non ergo demerito debet ab omnibus
speculari limpide ut vultus divinitatis,
venerari fervide ut sceptrum dignitatis,
praeamari intime ut thronus maiestatis, 25
honorari optime ut fluxus bonitatis,

(...)

In primo /M3ra/ frons destruit erronea regula certiori.
In secundo nasus parturit spiracula plantula meliori.
In tertio oculi destruunt umbracula facula clariori.
In quarto os construit vocabula notula dulciori.
In quinto genae obiciunt spectacula formula pulchriori.
In sexto labia obiciunt oscula rosula suaviori.